iiij.Regum.iiij Propter id quod chriſtus dixit φ in alio ſeculo nō nubent neqꝫ nubentur ſed erunt ſicut angeli dei.oſtendit φ vita miniſtrorum dei in terra debet eē caſta vt ſequatur vitam celeſtium miniſtrorum Mathei.xxij. Argumentum eſt caſtitatis clericis ⁊ prelatis φ ſtephanus mulieribus eſt prepoſitus Actuum.vj. Caſte debent viuere relicte vidue inter alias mulieres.⁊ φ caſtitas eſt eis difficilior propter voluptates expertas ad eam ſeruandam debent intendere ieiunijs ⁊ orationibus Ideo iudith poſt mortē viri ſui nō cognouit alium.ſed cum puellis ſuis clauſa morabatur. habens cilicium ſuper lumbos ſuos ⁊ ieiunans cūctis diebus vite ſue preter ſabbata ⁊ neomenias ⁊ feſta dom⁹ iſrahel Judith octauo Anna ꝓphetiſſa proceſſerat in diebus multis ⁊ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua.⁊ hec vidua erat vſqꝫ annos.lxxxiiij.que non diſcedebat de templo ieiunijs ⁊ obſecrationibus ſeruiēs deo die ac nocte Luce.ij.

Caſtitas non ſufficit ſola ad ſalutem ſi non alijs virtutibus ⁊ moribus bonis adornatur.quod oſtenditur in parabola decem virginum.vbi virgines fatue excluſe ſunt. ſapiētes introducte.quia fatue licet virgines caſte erāt. oleum tamen bonorum operum non habebant. Mathei .xxv.

De caſu peccati

Caſu pcci cadunt aliqñ	Preſignati bōis vulgaribus
	Predotati donis ſingularibus

Adunt aliquādo viri boni qui reputati ſunt ſancti in peccatuꝫ.Ideo qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat Nā licꝫ ꝑmi pntes nr̄i eſſent in innocētia ſcā in loco tā eminenti et

domino ſatis ꝓpinqui. nihi-
lominus ceciderunt. Gene.
.iij. Et loth qui bonus fuit
inter malos. egreſſus autē a
zodomis cū duabꝫ filiabus
ſuis cecidit in peccatū luxu-
rie. Geñ. xix. Dauid qui fu
it ſanctus ⁊ electus a deo de
graui peccato in grauius pec
catum cecidit. quando poſt
adulterium in ſeruum ſuum
ſibi fidelem homicidiū perpe
trauit. ij. Regum xj. Judas
ſcarioth ⁊ petrus ceciderunt
qui erāt diſcipuli xp̄i. vnus
tradidit alter negauit. Ma-
thei. xxvi. Cadunt aliqñ
in peccatum homines dotati
multis donis de quibus ſe
debebant a caſu tueri. Nam
angeli ceciderunt qui fuerūt
in celo creati. dotati multis
dotibus nullā habentes ma
teriam ad caſum inclinantē
Iſa. xiiij. Salomō dotatus
ſapientia cecidit qui cū ama
ret aliemigēas mulieres. ido
la ꝓpter luxuriam adorauit.
iij. Regum. xj. Fortiſſimus
ſampſon qui cū mandibula
aſine mille viros occidit. et
portas apportauerat ciuita-
tis. deceptiōe muliercule ce-
cidit. cecatus ē ⁊ demū mor
tuus. Judicum. xv.

De confeſſione.

	Efficit detec- ta accuſatio.
	Inficit erecta deſperatio
Cōfeſſionē peccatorum	Minuit ince pta iteratio
	Conſulit rece pta tribulatō
	Perficit acce pta reputatō

Confeſſio peccatoꝝ
debet eſſe accuſato-
ria. ⁊ nullum debet
excuſare peccatum. ad quod
monebat dominus adam vt
cognoſceret ⁊ excuſaret pctm̄
ſuū. ſed ipſe retorſit in deū ⁊
mulierē. ⁊ mulier in ſerpētē
Geñ. iij. Reprehenſus dauid
a nathan pctm̄ ſuuꝫ hūiliter
eſt ꝯfeſſus. ij. Regū. xij. Si
militer recognouit peccatuꝫ
murmuratione populi ⁊ ob-
tulit ſe pene. ij. Regū. xxiiij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf